Programm

des

Königlichen evangelischen Gymnasiums

zu Gross-Glogau

für das Schuljahr 18^{53}/$_{54}$,

durch welches

zu der

öffentlichen Prüfung der Schüler am 10. und 11. April,

so wie

zu der Redeübung am 12. April 1854

ehrerbietigst einladet

der Directorats-Verweser

Prorector Dr. Petermann.

Inhalt:

Gross-Glogau,
gedruckt bei Carl Flemming,
Ostern 1854.

De ratione, qua Livius in libris historiarum conscribendis usus est opere Polybiano, disputationis

particula prima.

Praefatio.

In rebus cujusvis aetatis enarrandis veri studium virtutem esse scriptorum praestantissimam, quis est, qui neget? Quapropter Cicero [1]) primariam significat historiae legem, ne quid falsi dicere audeat; deinde, ne quid veri non audeat. In rationem igitur inquirenti mihi, quae inter Livium intercedat et Polybium, omnium rerum ea videtur esse gravissima, ut primum indagetur, num Polybius res gestas veri studio ductus et potuerit et voluerit exponere; quo explorato eo facilius apparebit, qua ratione Livius in historiis conscribendis usus sit opere Polybiano; nam si Romanorum historicorum princeps ita de Megalopolitano judicasset, ut et inter antiquos scriptores Dionysius Halicarnassensis, qui eum gregi historicorum adnumerat [2]) ejusque libros tam prave scriptos esse dicit, ut nemo eos perlegere possit [3]) et recentiori tempore viri docti nonnulli, qui illius scriptoris fidei obtrectarunt eamque vehementer in dubium vocarunt [4]), profecto ejus vestigia non esset secutus, sed omnino auxilium repudiasset, quod revera saepius, quam multis videtur, ab eo petiit. Neque vero, hac parte disputationis absoluta, omittenda est quaestio de consilio, quod fuit utrique et Polybio et Livio in operibus suis condendis; nam si probatum erit, aliud esse secutum Polybium, aliud Livium, non amplius mirabimur, hunc scriptorem ex Polybio alia avide deprompsisse et oratione amplificasse, alia intacta reliquisse aut brevius certe operi suo inseruisse. Quod ubi expositum est, a re non alienum videbitur in medium proferre, quid Livius ipse de Polybio senserit quantique eum in rebus memoriae mandandis aestimaverit. His quaestionibus absolutis jam propius ad id, quod propositum est, accedemus; qua in re ut justo ordine progrediamur, primum videndnm erit, quae facta in operibus suis narrata utrique scriptori sint communia, ex quibusque fontibus uterque communibus sua hauserit; deinde, qua ratione Livius opere Polybiano usus sit, quam accuratissime exponendum est.

1) De Orat. II. c. 15.

2) Antiq. Rom. I. c. 6. *Πολυβίου καὶ — μυρίων ἄλλων.* c. 7. *ἢ Πολύβιον ἢ τῶν ἄλλων τινὰ συγγραφέων.* I. c. 32 *ὡς δέ τινες ἱστοροῦσιν, ὧν ἐστι καὶ Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης.*

3) De comp. verb. c. 4.

4) Praecipue nominandi sunt Beckerus (Vorarbeiten zu einer Geschichte des zweiten punischen Krieges) et Herzogius (Hannibal's Zug über die Alpen).

Caput I.
De fide Polybii.

Polybius Megalopolitanus, cujus aetas in ea incidebat tempora, quibus primum Romani arma victricia extra Italiam tulerunt et totius fere orbis terrarum imperium sibi paraverunt, rebus patriae Philopoemene et Lycorta ducibus interfuit [5]); tum fracto fere foedere Achaico cum nobilissimis Achaeis Romam in exsilium deductus, propter ingenii bonitatem et insignem doctrinam et rei militaris peritiam mox praestantissimorum Romanorum, Scipionum, Aemilianorum, aliorum consuetudine usus est [6]) eaque tam singulari, ut Scipio ille Africanus sibi Polybium tum consiliorum tum rerum gerendarum comitem et quodammodo socium adjungeret. Huc accessit, ut Polybio, quum Romae commoraretur, magna sese offerret copia rerum in usum operis sui colligendarum; adiit enim, ut taceam de Annalibus Maximis, quos in opere suo condendo eum adhibuisse verisimile est, tabulas illas aeneas, apud Jovem Capitolinum in Aedilium aerario servatas, in quibus foedera erant incisa [7]), inde ab antiquissimis temporibus inter Romanos et Carthaginienses icta et Polybii aetate non solum maximis natu Romanis ignota, verum etiam viris eorum, quae ad rempublicam spectant, omnium judicio peritissimis; porro consuluit tabulam illam aeneam, in Lacinio promontorio ab Hannibale descriptam, quo tempore hic in illa Italiae ora versabatur [8]) neque minus pacis conditiones [9]), senatus consulta [10]) et orationes in senatu habitas [11]) in usum futurum congessit. Praeterea multa ab iis, qui rebus interfuerunt, accepit [12]); ipse vidit Carthaginis excidium et bellum Numantinum, visendi et veritatis cognoscendae studio iter per Alpes fecit [13]) et multa subiit pericula in Africa, Hispania, Gallia peragrandis Oceanoque Atlantico navigando [14]). Accuratam denique notitiam habuit scriptorum et Graecorum et Romanorum, ex quibus ipse nominat Philinum, Phylarchum, Chaeream, Sosilum, Timaeum, Ephorum, Theopompum, alios; ex Romanis unum Q. Fabium Pictorem, antiquissimum rerum Romanarum scriptorem. Polybius tot tantisque subsidiis ornatus quum ad historiam scribendam incumberet, non est dubium, quin quo erat ingenii acumine, res veras referre potuerit. Attamen nisi ad hanc virtutem historici etiam voluntas accedat verum profitendi, ea haud magni aestimanda est. Jam igitur argumentis probandum est, utramque virtutem in opere Polybiano conjunctam inveniri. Historiam, ut Ciceronis [15]) verbis utar, testem esse temporum, lucem veritatis, vitam memoriae, magistram vitae, nuntiam vetustatis, id optime jam ante oratorem illum perspexit totoque suo opere declaravit Polybius, cui erat propositum docere, non delectare. Quid senserit de veritate, summa historiae virtute, luculenter significavit lib. I. c. 14. 6., ubi historiam veritate privatam narrationem nullius usus (ἀνωφελὲς διήγημα) appellat eamque cum animali comparat, quod luminibus amissis prorsus inutile reddatur; porro lib. II. c. 56. 10. rerum scriptoris officium esse dicit, ut prout quaeque gesta dictave sint, omnia ex veritate exponat, finemque esse historiae, ut dictis factisque veris in omne deinceps aevum studiosos lectores doceat iisque persuadeat. Non minus egregie alio loco (lib. XIII. c. 5. 9.) scripsit, naturam sibi videri hominibus Veritatem deam constituisse maximam eique vim adjecisse gravissimam; nam haec licet ab omnibus

---

5) Polyb. III. c. 2. 2. — 6) Polyb. XXXII. c. 9. et 10. — 7) Polyb. III. c. 22—c. 28. — 8) Polyb. III. c. 33 extr. Liv. XXVIII. c. 46. — 9) Polyb. I. c. 62. II. c. 12. XV. c. 8. — 10) Polyb. XX. c. 13. c. 15. c. 26. — 11) Polyb. XVIII. c. 27. XXII. c. 1—6. XXVI. c. 2. — 12) Polyb. IV. c. 2. — 13) Polyb. III. c. 48. — 14) Polyb. III, c. 59. — 15) de Orat. II. c. 9.

oppugnetur atque etiam omnes nonnunquam verisimiles conjecturae falsae sint, ipsam tamen per se in animos hominum sese insinuare et modo confestim vim suam in lucem edere, modo diu tenebris obscuratam sumpte vi denique vincere et victoriam de mendacio reportare. Quem praeterea non fugerit, quam sit severus judex Polybius in scriptorum a se adhibitorum auctoritate ponderanda et examinanda, is omnium argumentorum a nobis allatorum ratione habita sibi facile persuadebit, illum non solum potuisse, sed etiam voluisse veram litteris mandare historiam, ita ut Livius inde a temporibus bellorum Punicorum sequi posset ducem vix certiorem [16].

Caput II.

De consilio, quod Polybius in opere conscribendo secutus est.

Polybius, qui vitam inter miras fortunae vicissitudines egit patriamque suam et liberam vidit et Romanorum imperio subjectam, id sibi proposuit, ut qua ratione et quo rerum administrandarum genere [17]) omnes fere totius orbis terrarum regiones intra LIII. annos sub unius populi Romani imperium fuissent redactae, Graecis [18]) explicaret, quamquam non ignorabat, libros suos maxime in Romanorum manus esse venturos, quum praeclarissimae ac plurimae res populi Romani iis continerentur [19]). Atque haud perverse propterea ii judicasse videntur, qui Polybium dicunt et Romanos et Graecos respexisse, quum egregiam illam sententiam non semel tantum enuntiaret, multis res maximas bene gestas, quibus recte uti nescirent, evasisse tandem perniciosissimas, non paucis contra casus gravissimos, quum generoso eos animo ferrent, maximas saepe utilitates conciliavisse [20]). Romanos enim hisce verbis hortatus est, ut sapienter orbis terrarum imperio uterentur, Graecos contra, ut patria sub imperium populi Romani ditionemque subjuncta aequis calamitatem animis ferrent. Sed si Polybius nihil aliud opere suo efficere voluisset, nisi ut Graecis magnitudinem gloriamque imperii Romani ante oculos poneret, nunquam eam sibi laudem apud posteros paravisset, quam revera adeptus est. Accedit enim ad consilium illud, quod latius patet, singulare quoddam, quod in eo cernitur, quod ipsi sit historia cum magistra vitae, tum verissima institutio praeparatioque ad rempublicam gerendam; quare suo jure, id quod Thucydides, cui Megalopolitanus proxime accedit in historia scribenda, de suo opere praedicat, *κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον, ἢ ἀγώνισμα εἰς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν* [21]) suas historias Polybius dicere potuisset. Uterque ad rempublicam tractandam delatus et in rebus civilibus ac bellicis versatus historiam esse futurorum ex praeteritis prudentissimam conjectricem optime intellexit atque propterea opera sua, in quibus factorum eventuumque sagacissima explicatio cernitur, e causis principiisque suis repetita, eorum potissimum in manibus esse voluit, qui in republica administranda versarentur [22]). Non multum igitur a vero aberrabimus dicentes, Polybium libros suos composuisse ad exemplar Thucydidis, sollertis illius explicatoris causarum et eventuum; hac enim in re vim positam esse *τῆς πραγματικῆς ἱστορίας*, unde haec ratio historiae scribendae nomen accepit, nobis persuasum est. Polybius ipse de suo opere loquens saepius *πραγματείας* voce utitur,

16) Qui plura cupiet, Dr. Lucae elegantissimam illam commentationem adeat, qua in hac disputationis nostrae parte usi sumus: Ueber Polybius Darstellung des Aetolischen Bundes. Erster Theil. Königsberg 1826.
17) Polyb. I. c. 1. 5. *πῶς καὶ τίνι γένει πολιτείας* ... coll. III. c. 1. 4. — 18) Polyb. I. c. 3. 7. — 19) Polyb. XXXII. c. 8. 8. — 20) Polyb. III. 4. 5. V. 88. 3. — 21) Thucyd. I. c. 22. coll. Polyb. III. c. 31. 12. 13. *ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δὲ οὐ γίγνεται.* — 22) Polyb. IX. 1. 2. 4. — 23) Polyb. I. c. 1. 4. c. 3. 1. c. 4. 1. IX. c. 1. 2.

quod in eo res gestae (*τὰ πράγματα* sive *αἱ πράξεις*) nationum, civitatum et dynastarum continentur ea ratione expositae, qua sola viri, qui ad rempublicam tractandam accedunt, (*πραγματικοί* sive *πολιτικοί*)[24] ex iis utilitatem capere possunt. Cui hominum generi quum simplex rerum gestarum narratio satisfacere non posset, Polybius nihil habuit antiquius, quam ut causas ei eventusque rerum ubique quam accuratissime adjiceret[25]), bene sciens, ex historia si tollas, qua causa et quo modo et quo consilio quidque fuerit gestum, denique num probabilem exitum res suscepta habuerit[26]), ludicrum esse spectaculum, quod ex ea relinquitur, non autem opus ad erudiendum lectorem comparatum. Non ignoramus, sententiae de historia pragmatica modo prolatae multos exstitisse adversarios, inter quos Schweighaeuserus ejus naturam ita definit, ut in exponendis rebus versetur inter homines et ab hominibus gestis distinguaturque a fabulosis narrationibus, quae de deorum et heroum generationibus factisque circumferuntur. Quod si vir ille, ceterum de nostro scriptore optime meritus, recte statuisset, Polybius sibi ipse repugnaret, qui lib. IX. c. 1. historiae pragmaticae narrationem opponit de coloniis antiquis, de conditis urbibus, de mutua denique populorum cognatione. Ac facile quisque concedet, in hac quoque parte historiae res inter homines et ab hominibus gestas exponendas fuisse, ita ut discrimen illud a Polybio servatum prorsus tolleretur. Quod vero maximi momenti est, omnes omnino rerum scriptores, qui fabulosis narrationibus se abstinuerunt, ex Schweighaeuseri sententia pragmatici habendi essent ejusque interpretandi ratione probata, quod Polybii maxime proprium est, id radicitus extraheretur.

Caput III.

De consilio, quod Livius in libris historiarum conscribendis secutus est.

Quaerentibus nobis, quid consilii Livius habuerit, quum ad opus suum componendum accederet, quo nullum sane in litteris aut graecis aut latinis reperitur amplius neque oratoriis et poeticis ornamentis copiosius, scriptor Patavinus sese offert ducem itineris certissimum. Ac primum quidem facile quisque intelliget, alia ratione res populi Romani memoriae mandasse scriptorem Romanum, alia Graecum, quum ille nimio patriae amore occaecatus nonnunquam induceretur, ut aliter atque deberet res intueretur, hic contra partium studio expers nihil nisi ipsa facta spectaret, ita ut in iis certe rebus perscriptis, quae non ad graecas, sed ad alias civitates pertineant, insit quidam sine ullo fuco veritatis color. Neque porro omittendum est, Livium, quum e rhetorum et philosophorum umbraculis prodiisset, totam per vitam a muneribus reipublicae remotum ad historiam se contulisse eamque rhetorico paene more scripsisse, Polybium contra in republica versatum otium suum consumsisse in opere suo componendo dicendique ratione usum esse simplicissima. In his rebus quamquam discrimen inter utrumque positum est, una tamen res invenitur, quae Livio cum Polybio est communis; nam quod primarium hujus consilium supra diximus, idem et ad illum pertinet, ut ex his verbis, quae in praefatione operis leguntur, apparet:

---

24) Latiore significatione iidem nonnunquam *φιλομαθοῦντες* dicuntur (IX. c. 2. 5. III. c. 7. 4), qui nomine *ἀνδρὸς πραγματικοῦ* significantur lib. III. c. 7. 5.

25) Polyb. III. c. 7. 5. XI. c. 35. 2.

26) Cicero de exaedificatione historiae loquens (de Orat. II. c. 15. 63.) eam historiae scribendae rationem maxime respexisse videtur, quam Polybius secutus est, quem alio loco (de Offic. III. c. 32.) „bonum auctorem in primis“ dicit cuique multa in libris de Republica Niebuhrio teste (R. G. I. p. 264) debuit.

„Ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit". Livius enim sua tempora contemplans, quibus divitiae avaritiam et abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia invexerunt, ita ut Romani nec vitia sua nec remedia pati possent, ad antiquissimam rerum Romanarum historiam confugit ibique solatium quaerit morum suae aetatis depravatorum [27]). Neque propterea mirabimur, Livio et ipsi historiam esse magistram vitae, unde quisque omnis exempli documenta in illustri posita monumento intuens, sibi suaeque reipublicae, quod imitetur, capiat; unde, foedum inceptu, foedum exitu, quod vitet. Nemo tamen negabit, qui accuratiorem sibi paravit et Polybii et Livii operum notitiam, non eodem utrumque modo hoc officium explevisse; ille enim ad nauseam fere usque, quid res gestae doceant, exponit, hic vero id plerumque lectoribus subaudiendum ex ipsis rebus enarratis relinquit.

Caput IV.
Quid Livius senserit de Polybio.

Permagnum fuisse numerum scriptorum, ex quibus Livius haurire potuerit et revera hauserit, id et ex praefatione operis et ex iis locis apparet, in quibus singulorum scriptorum nomina ab ipso sunt apposita [28]), nemini tamen Livium plus debuisse, quam Polybio, ex accurata utriusque scriptoris comparatione est perspicuum. Neque igitur defuerunt, qui Livium dicerent

---

27) Huc spectant verba lib. III. c. 20, 5: „Nondum haec, quae nunc tenet saeculum, neglegentia Deûm venerat." IV. c. 6, 12: „Hanc modestiam aequitatemque et altitudinem animi ubi nunc in uno inveneris, quae tum populi universi fuit?" IX. c. 16, 19: „Illa (L. Papirii Cursoris) aetate, qua nulla virtutum feracior fuit."

28) Citantur omnino, ordine, quo quisque primum nominatur, servato, hi scriptores:

Q. Fabius Pictor lib. I. c. 44, 2. c. 55, 8. II. c. 40, 10. VIII c. 30, 9. X. c. 37, 14. XXII. c. 7, 4.

L. Calpurnius Piso lib. I. c. 55, 8. II. c. 32, 3. c. 58, 1. IX. c. 44, 3. X. c. 9, 11. XXV. c. 39, 15.

Q. Valerius Antias lib. III. c. 5, 12. IV. c. 23, 2. XXV. c. 39, 14. XXVI. c. 49, 3 et 4. XXVIII. c. 46, 14. XXIX. c. 35, 2. XXX. c. 3, 6. c. 19, 11. c. 29, 6. XXXII. c. 6, 5. XXXIII. c. 10, 8. c. 30, 8 et 10. c. 36. 13. XXXIV. c. 10, 2. c. 15, 9. XXXV. c. 2, 8. XXXVI. c. 19, 12. c. 36, 4. c. 38, 6. XXXVII. c. 48, 1. c. 60, 6. XXXVIII. c. 23, 8. c. 50, 5. c. 55, 8. XXXIX. c. 22, 9. c. 41, 6. c. 43, 1 et 4. c. 52, 1. c. 56, 7. XL. c. 29, 8. XLI. c. 27, 2. XLII. c. 11, 1. XLIV. c. 13, 12. XLV. c. 40, 1. c. 43, 8.

C. Licinius Macer lib. IV. c. 7, 12. c. 20, 8. c. 23, 1—3. VII. c. 9, 4. IX. c. 38, 16. c. 46 3. X. c. 9, 10.

Q. Aelius Tubero lib. IV. c. 23, 2 (bis) et 3. X. c. 9, 10.

Q. Claudius Quadrigarius lib. VI. c. 42, 5. VIII. c. 19, 14. IX. c. 5, 2. X. c. 37, 13. XXXIII. c. 10, 9. XXXVIII. c. 23, 8. c. 41, 12. XLIV. c. 15, 1.

Claudius (qui annales Acilianos ex graeco in latinum sermonem vertit) XXV, c. 39, 12. (secutus graecos Acilianos libros) XXXV. c. 14. 5.

L. Cincius Alimentus lib. VII. c. 3, 7. XXI. c. 38, 3.

L. Coelius Antipater lib. XXI c. 38, 6. c. 46, 10. c. 47, 4. XXII. c. 31, 8. XXIII. c. 6, 8. XXVI. c. 11, 10. XXVIII. c. 46, 14. XXIX. c. 27, 13. c. 35, 2.

Silenus lib. XXVI. c. 49, 3.

Clodius Licinius sive Licinus lib. XXIX. c. 22, 10.

Polybius lib. XXX. c. 45, 5. XXXIII. c. 10, 9. XXXIV. c. 50, 6. XXXVI. c. 19, 11. XXXIX. c. 52, 1. XLV. c. 44, 19.

M. Porcius Cato lib. XXIV. c. 19, 9. XLV. c. 25, 2 et 3.

P. Rutilius Rufus XXXIX. c. 52. 1.

Polybium potius, quam Fabium Pictorem aut Pisonem, quos ipse nominet, secutum esse, ita ut librum primum belli Punici secundi ex eo, qui apud Polybium ordine tertius est, bona ex parte converterit ejusque non tantum sententias, sed verba etiam ipsa et ad verbum plane expresserit. Quae quamquam ex parte tantum vera videntur, tamen in iis rebus, quae Livius ex fonte Polybiano hausit, documentum positum est gravissimum, quanti princeps scriptorum Romanorum Megalopolitanum aestimaverit, etsi superbia Romana ubique obvia, ubi Romani in litteris a Graecis pendent, non permitteret, ut Livius pluribus id profiteretur. Ceterum respiciendum est, illi moris omnibus omnino veteribus scriptoribus serioris temporis fuisse, ut nusquam ad auctoritatem et fidem historiae suae conciliandam auctores, quos adhibuerunt, recenserent, sed rarius et non nisi in scriptorum dissensu eorum, quos secuti sunt, nomina apponere solerent [29]), quo saepe factum est, ut eos ibi maxime silentio praeterirent, ubi plurimum iis usi sunt. Itaque non amplius mirabimur, Livium, Q. Valerium Antiatem quadragies fere commemorantem, non nisi sex locis [30]) sui operis fecisse Polybii mentionem, quamquam negari non potest, saepe numero et iis in locis Polybium intelligendum esse, ubi Livius scriptorum nominibus non adjectis, quos duces secutus sit, latiore significatione indicavit [31]). Quod ne ex vano hausisse videamur, aliquot exemplis probabimus. Ita apud Livium (XXI. c. 15. 3.) legimus: „Octavo mense, quam coeptum oppugnari, captum Saguntum, quidam scripsere; inde Carthaginem novam in hiberna Hannibalem concessisse, quinto deinde mense, quam ab Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. Eadem leguntur in opere Polybiano (lib. III. c. 17, 9. c. 33, 5. coll. Liv. XXI. c. 21. 1. Polyb. III. c. 56, 3. Liv. XXI, 38. 1.), unde patet, Livium, quum illa scriberet, Polybii narrationem in mentem sibi revocasse. Neque minus, ubi varia elephantorum trans Rhodanum trajiciendorum consilia exponuntur, Livius respexisse videtur Polybium; nam altero illo consilio exposito his verbis pergit (lib. XXI. c. 28. 6.): „Ceterum magis constat, ratibus trajectos: id ut tutius consilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius est.“ Quae jam sequuntur de elephantis ratibus trajectis, ea copiosius quidem accuratiusque apud Polybium (III. c. 45. §. 6. et c. 46.) leguntur, ita tamen sunt comparata, ut quisque ea ex

29) Quod Lachmannus (de fontibus historiarum T. Livii. Comm. altera p. 8.) Livium respiciens hac ratione exposuit, id non minus in Plutarchum cadit, ut docui in opusculo meo de moribus Cimonis.

30) Minus accurate scripsit Lachmannus (l. c. p. 8.) „ter quaterve laudavit“.

31) A re non alienum mihi videtur hic commemorare rationem, qua Livius, scriptorum nominibus non appositis, fontes significare solet. Saepius enim dicit: Satis creditur (XXI. c. 8. 3. XXII. c. 51. 4.); quidam scripsere XXI. c. 15. 3.; quidam tradidere XXXIII. c. 14. 1.; quidam tradunt XXI. c. 28. 5.; habent quidam annales XXI. c. 25. 4.; magis constat XXI. c. 28. 6.; fama est XXI. c. 22. 6.; est et alia fama XXII. c. 61. 5.; ut fama est XXXI. c. 32. 1.; omnium prope annales tradunt XXII. c. 31. 8.; incertum ut sit diversi auctores faciunt XXX. c. 26. 12.; ut quidam auctores sunt XXI. c. 38. 1. XXII. c. 36. 4. c. 52. 6. XXX. c. 26. 7.; variant auctores XXII. c. 36. 1. nequaquam inter auctores constat XXI. c. 38. 2.; inter omnes constat XXI. c. 38. 6. et ita pars major auctores sunt XXX. c. 3. 6.; plures tradidere auctores XXI. c. 46. 10. potiores apud me auctores sunt XXI. c. 47. 6.; parum compertum habeo XXX. c. 45. 6.; parum convenit; alibi-alibi-alibi-invenio XXX. c. 16. 12.; mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam quid veri sit discernere queas XXII. c. 61. 10.; ceteri graeci latinique auctores, quorum quidem ego legi annales — tradunt XXXIII. c. 6. 8.; dicitur XXII. c. 43. 4. XXX. c. 20. 1. XXXI. c. 34. 8. XXXIII. c. 13. 15. dicuntur XXII. c. 49, 15. 18. tradunt XXII. c. 40. 4. sunt, qui tradant XXX. c. 37. 13. ferunt XXII. c. 7. 13. c. 30. 10. c. 49. 3. XXX. c. 20. 7. c. 44. 3. 5. fertur XXI. c. 43. 1. XXII. c. 60. 6. etc.

opere Polybiano a Livio deprompta statim intelligat. Ceterum attento lectori simul ex hoc loco apparebit, Patavinum non nisi fide digniores auctores esse secutum eorumque in numero habuisse scriptorem Megalopolitanum. Quod modo diximus, id probatur tertio quodam loco. Post pugnam enim ad Ticinum commissam quum Romani festinassent ad Padum et prius Placentiam pervenissent, quam satis sciret Poenus ab Ticino profectos, Hannibal, extremis ratibus a Romanis resolutis, Coelio teste per superiora Padi vada exercitum traduxisse dicitur. Quod quum Livio propter fluminis naturam non verisimile videatur, hac ratione pergit (XXI. c. 47. 6.): „Potiores apud me auctores sunt, qui biduo vix locum rate jungendo flumini inventum tradunt." Hoc vero tradidit Polybius (III. c. 66. 5. 6.) his verbis: „*Μεταβαλλόμενος αὖθις εἰς τἀναντία, παρὰ τὸν ποταμὸν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, σπεύδων ἐπὶ τόπον εὐγεφύρωτον ἀφικέσθαι τοῦ Πάδου. Καταλύσας δευτεραῖος καὶ γεφυρώσας τοῖς ποταμίοις πλοίοις τὴν διάβασιν κ. τ. λ.*" His locis non temere praemissis, quorum numerus, si opus esset, facile augeri posset, ad sex illos locos transeamus lustrandos (redeo enim illuc, unde sum digressus), in quibus Livius, quem scriptorem consuluerit, Polybii nomine apposito omnem dubitationem sustulit. Mirum sane videri posset, nisi jam supra, qua id ratione esset accipiendum, pluribus exposuissemus, quod in libris illis, quibus res gestae belli Punici secundi continentur, ne uno quidem loco Polybii mentio a Livio facta sit. Primus igitur locus, in quo Polybii nomen invenitur, lib. XXX., c. 45 legitur, ubi Livius triumphi illius omnium clarissimi meminit, quo P. Scipio post pugnam ad Zamam pugnatam urbem est invectus. Postquam narravit, morte subtractum esse spectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriae Syphacem, Tibure haud multo ante mortuum, hac ratione pergit: „Hunc regem in triumpho ductum Polybius[32], haudquaquam spernendus auctor, tradit." Post ea, quae Drakenborchius ad ultima hujus loci verba recte intelligenda contulit, quum viri docti in diversas partes abirent — alii enim illa verba Polybio obtrectandi studio a Livio scripta esse arbitrabantur, alii contra maximam iis laudem contineri dicebant[33]) — pluribus de hoc loco agere supersederemus, nisi nostra aetate Niebuhrius[34]), vir ceteroquin de bonis litteris optime meritus, maculas, quae videbantur ablatae, denuo Livio adspersisset. Etsi vehementer dolendum est, eam operis Polybiani partem per temporum injuriam nobis esse ereptam, in qua res post cladem illam Carthaginiensium erant descriptae, tamen partim loco illo, quo Livium potioribus auctoribus Polybium adnumerasse supra demonstrare conati sumus, partim eo, quod Livius totam pugnae ad Zamam commissae narrationem ex Polybio sumsit (Liv. XXX., c. 29 sqq. coll. Polyb. XV., c. 5 sqq.), scriptore illo in Scipionum rebus exponendis copiosissimo, nihil dubitationis relinquitur, quin verbis illis „haudquaquam spernendus auctor" non obtrectatio gloriae alienae, sed maxima laus

32) XVI. c. 23. 6.: *Καὶ γὰρ ὁ Σύφαξ, ὁ τῶν Μασαισυλίων βασιλεύς, ἤχθη τότε διὰ τῆς πόλεως ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τῶν αἰχμαλώτων· ὃς καὶ μετά τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε.* Livius alio loco (XLV. c. 39, 7) in eadem re haud dubie Polybium secutus, M. Servilium pro triumpho Aemilii Paulli haec dicentem inducit: „Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique meminimus. Perseus rex captus — subtrahentur civitatis oculis?"

33) Cf. Lachmann. l. c. p. 9.

34) Römische Geschichte B. I. p. 563: „Das ist wohl ausgemacht, daß Livius, wie er überhaupt den Stoff seines Werkes nur im Fortgange desselben gewann, Polybius, dessen Werth damals durchgehends gar nicht anerkannt ward[82]), erst bei den punischen Kriegen zur Hand nahm."

82) Dadurch ist wohl Livius Ausdruck: haudquaquam spernendus auctor, richtiger, als durch eine rhetorische Figur erklärt. Cicero beurtheilt anders, als die Schönkünstler der augustischen Zeit.

contineatur. Neque vero haec dicendi ratio, sive λιτότητα, qua minus dicitur, quum plus intelligatur, sive μείωσιν dixeris, ex lege grammatica alio sensu accipi potest; nam particula haud non simpliciter et directe, sed cum fluctuatione quadam negat [35]) planeque respondet nostro „nicht eben", ita ut haudquaquam spernendus auctor sit „ein nicht eben in irgend einer Hinsicht zu verachtender", id est „ein recht beachtenswerther Gewährsmann [36])." Ceterum omnium scriptorum Livius saepissime usus est vocabulo haudquaquam neque loci gemini, qui in ejus opere reperiuntur, ab hac explicandi ratione abhorrent [37]). Sed ne longiores simus, quam necesse est, priori illi loco verba non minoris auctoritatis adjiciamus, quae lib. XXXIII. c. 10. 10. leguntur. Livius ibi Polybii (lib. XVIII., c. 1 sqq.) vestigia presso pede secutus, pugnam ad Cynoscephalas commissam describit et de numero caesorum, de captivorum multitudine, quantam Polybius, Valerius Antias, Q. Claudius Quadrigarius retulerint, verba faciens hoc modo pergit: „Nos non minimo potissimum numero credidimus, sed Polybium secuti sumus, non incertum auctorem quum omnium Romanarum rerum, tum praecipue in Graecia gestarum." Hic quoque locus non minimam Polybii laudem continet; certe admodum absurdum videretur, si quis sibi persuadere posset, Livium de duce suo fidissimo detrahendi causa haec scripsisse. In reliquis quatuor locis, quibus Megalopolitani mentio injicitur, ejus nomen simpliciter legitur. Primus locus (lib. XXXIV. c. 50.) pertinet ad orationem a T. Quinctio Flaminino, Philippo Macedonum rege et Nabide Lacedaemoniorum tyranno devictis, apud legatos omnium Graecarum civitatum Corinthi habitam. Qua quum omnium, qui velut parentis voces audiverant, animos Flamininus haberet sibi devinctos, ab illis legatis petiit, ut cives Romanos, si qui apud eos in servitute essent, conquisitos intra duos menses mitterent ad se in Thessaliam. Ingentem numerum fuisse bello Punico secundo captorum, quos Hannibal, quum a suis non redimerentur, venumdederat, inde Livius colligit, quod Polybius scribit, centum talentis eam rem Achaeis stetisse, quum quingenos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. Polybii locus, in quo haec legebantur, quamquam nobis non est servatus, tamen a vero non aberrabimus, quum Livium non illam tantum sententiam, sed totam narrationem e Polybio sumsisse conjiciamus, quippe quem non incertum auctorem rerum praecipue in Graecia gestarum diceret. Eadem videtur esse ratio loci, qui legitur lib. XXXVI., c. 19. Livius hic scribit, Antiochum, regem Syriae, post cladem ad Thermopylas acceptam effuso cursu aufugisse nec praeter quingentos, qui circa eum fuissent, ex toto exercitu quemquam effugisse, haec verba adjiciens; „Etiam ex decem millibus militum, quos Polybio [38])

35) Cf. Stuerenburg ad Cic. de Off. p. 125 et p. 154 sq.

36) Handius (Lehrbuch des lateinischen Stils p. 358.) igitur suo jure scripsit: „Auctor non spernendus (lege: haudquaquam spernendus) heißt Polybius bei Livius mit nicht geringem Lobe."

37) X. c. 30. 10. praemia illa tempestate militiae haudquaquam spernenda (recht ansehnliche Belohnungen); XXX. c. 7. manu haudquaquam contemnenda (mit einer recht bedeutenden Streitmacht) XXI. c. 24. 2. haudquaquam dubius (zuversichtlich hoffend). Parvo quodam discrimine Livius XXXIII. c. 6. 6. scribit: in quo (proelio) non minimum (ganz besonders, hauptsächlich) Aetolorum opera regii fugati, qua in re apud Polybium (XVIII. c. 2. 10.) legimus: συνέβαλλον ἐκθύμως. IV. c. 20, 11: Jovem Romulumque intuens, haud spernendos falsi tituli testes.

38) Polybium res Antiochi in Graecia gestas libro vicesimo nobis non servato memoriae tradidisse, testis est Athenaeus (X. c. 10.), qui eum scriptorem secutus — ὡς ἱστορεῖ Πολύβιος ἐν τῇ εἰκοστῇ — Antigonum, amore virginis Chalcidensis vehementer captum, nuptiarum celebratione hiemem Chalcidice traduxisse narrat. Huc spectant Livii verba (XXXVI. c. 15. 1.): „Jam tum cernens (Antiochus), nihil se ex Graecia praeter amoena Chalcide hiberna et infames nuptias petiisse." Praeterea cf. ejusdem libri c. 17, 7 et 8.

auctore trajecisse secum regem in Graeciam scripsimus (cf. lib. XXXVI. c. 15. 3.), exiguus numerus." Jam ad quintum locum, in quo Polybius nomine apposito commemoratur, transeamus. Livius (lib. XXXIX. c. 51.) „Scipionem", inquit, „et Polybius [39]) et Rutilius hoc anno mortuum scribunt. Ego neque his neque Valerio adsentior." Argumentum vero, quo Livius utitur, cum Lachmanno [40]) vereor, ut cuiquam satis firmum videatur ad refutandum Polybium, minoris Scipionis familiarem. Ultimus denique locus, ex quo simul apparet, Livium Polybio usum esse usque ad finem operis sui nobis servati [41]) ejusque sententiam, etiamsi a narratione scriptorum Romanorum abhorreret, non indignam habuisse, quam commemoraret, lib. XLV. c. 44. 19. invenitur. Livius ibi narrat, Prusiam venisse Romam cum filio Nicomede et quid voluerit et qua se ratione gesserit, copiosius exponit. Tum ita pergit: „Haec de Prusia nostri scriptores. Polybius eum regem indignum majestate nominis tanti tradit." Quae ad finem usque capitis sequuntur, ea omnia Livius ex Polybio (lib. XXX. c. 16.) hausit [42]), extrema tamen verba — *φανεὶς δὲ τελέως εὐκαταφρόνητος, ἀπόκρισιν ἔλαβε δι' αὐτὸ τοῦτο φιλάνθρωπον* — non temere omisit, ut quae majestati senatus officerent. Quibus locis deinceps enumeratis expositisque id certe assecuti videmur, ut Livius non amplius humiliter, sed honorificentissime de Polybio sensisse sit putandus.

Caput V.

De rebus et a Polybio et Livio expositis atque de fontibus utrique communibus.

Quod ad priorem hujus quaestionis partem attinet, jam supra demonstrare conati sumus, et Polybio et Livio idem in historiis contexendis fuisse consilium, in eo positum, ut rationem exponerent, qua orbis terrarum imperium Romani essent adepti. Ille igitur operis sui initium sumsit inde a bello illo primo, quod Romani gerebant cum Carthaginiensibus, et res Romanas non minus in Italia, quam in ceteris orbis terrarum partibus gestas ad excidium usque Carthaginis et Graeciam in provinciae formam redactam deduxit, hic vero ab Urbis primordio incipiens res populi Romani usque ad Drusi mortem ita enarravit, ut haud immemor sui propositi (cf. lib. XXXIX. 48 extr.) non ultra attingeret externa, nisi qua Romanis cohaererent rebus. Utrumque rerum scriptorem propterea saepe numero ex iisdem fontibus hausisse, quisque vel me haud monente facile concedet. Attamen quum ex naufragio, quod per varia saecula bonae litterae fecerunt, neque Polybii neque Livii opus integrum emerserit et ad nostram aetatem pervenerit, illud, quod modo significavimus, potest facilius dici, quam argumentis demonstrari. Auctores enim ab utroque scriptore adhibitos inter se comparanti unus sese offert

---

39) Polybii sententia non invenitur inter fragmenta lib. XXIV. c. 8, ubi nonnulla de Philopoemene, Hannibale, Scipione eodem anno vita defunctis leguntur. Pluribus eam Polybius exposuisse, suspicor ex iis, quae Livius XXXIX. c. 50. 10. tradidit.

40) l. c. p. 105.

41) Praeter Polybium unum Q. Valerium Antiatem usque ad ultimum operis librum a Livio adhibitum invenio, sed quanto discrimine! Illum, quem Patavinus tanquam fidum ducem sequeretur, hunc, ut gravissimis propter mendacia reprehensionibus exagitaret.

42) Diodorus (fragmenta lib. XXXI. Vol. X. p. 9 ed. Wessel.) eadem ex Polybio, ut solet, transscripta narravit, sub finem tamen adjecit, patres plerisque regis dictis offensos dignam adulatori responsionem dedisse.

Q. Fabius Pictor, et a Polybio et Livio citatus; quapropter a proposito non alienum habui pluribus exponere, quid de fide antiquissimi rerum Romanarum scriptoris Polybius senserit, quid Livius.

Caput VI.

De fide Q. Fabii Pictoris.

Q. Fabium Pictorem [43]) res gestas populi Romani inde ab adventu Aeneae urbeque condita perscripsisse, fragmento Diodori Siculi (lib. VIII. ed. Schweigh. Tom. IV. p. 21.) evincitur, qui Fabium memoriae tradidisse narrat, Aeneae datum esse oraculum de animante quadrupede, quae condendae urbis dux foret. Ad quem annum Fabius historiam continuaverit, certo dici nequit, quum ne tempus quidem, quo de vita decesserit, satis firmis argumentis constitui possit. Neque enim Lachmanno [44]) adstipulamur, Livii (lib. XLV. c. 44.) verba de morte Q. Fabii Pictoris, praetoris et flaminis Quirinalis, ad annalium scriptorem ejusdem nominis referenti [45]), neque Baumgartio adsentimur, qui Appiano (de bello Hannib. c. 27.) teste usus, ultra finem belli Punici secundi Fabium dicit superstitem fuisse, quum ille verbis „*Κόϊντον μὲν Φάβιον, τὸν συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων*“ Fabium hujus belli scriptorem appellare posset, etiamsi res non ad finem usque perscripsisset. Sed alia quadam ratione hic Appiani locus est insignis, quippe qui Q. Fabium legatum post pugnam Cannensem Delphos ad oraculum missum, qui sciscitaretur, quibus precibus suppliciisque deos possent placare Romani [46]), et Q. Fabium Pictorem annalium scriptorem virum doceat fuisse eundem. Ceterum ultimus locus, quo Livius Fabii historici mentionem injecit, in nobilis illius ad Trasimenum pugnae descriptione (lib. XXII. c. 7.) legitur [47]), ita ut in fragmentorum Fabianorum paucitate omnino non possit erui, quousque Livius Fabium ducem secutus sit in rebus belli Punici secundi exponendis. In magno sane fuisse honore Fabium apud Romanos, jam inde concludere possumus, quod, ut supra diximus, a senatu Delphos legatus missus est, unde simul colligi potest, Fabium ad ordinem senatorium pertinuisse, id quod Polybii [48]) auctoritate firmatur. Neque vero parvi ejusdem historiae a scriptoribus Romanis videntur esse habitae, quum Dionysio Halicarnassensi teste [49]) L. Cincius Alimentus, M. Porcius Cato, L. Calpurnius Piso et reliquorum rerum scriptorum plerique eum sequerentur. Quae quum ita sint, operae pretium erit hic exponere, quid fidei Polybius tribuerit, quid Livius Fabio, uni fonti ab utroque scri-

---

43) Fragmenta hujus scriptoris collegit Krausius in libro, qui inscribitur: Vitae et fragmenta veterum historicorum Romanorum. p. 50 sq. Baumgartius, cujus dissertatio de Q. Fabio Pictore abhinc decem annis Vratislaviae prodiit, quintum caput, quod est de fide atque auctoritate Q. Fabii, alio se tempore editurum esse promisit. Pro Fabii fide adversus Polybium scripsit Ernestius in opusculis philol. criticis p. 102 sqq., de cujus disputatione infra nostram exponemus sententiam.

44) l. c. p. 15.

45) Baumgartius (l. c. p. 3) Lachmanni sententiam falsam esse probabiliter docuit.

46) Cf. praeterea Liv. XXII. c. 57. et XXIII. c. 11.

47) Baumgartius l. c. p. 4. Livium numerum tantum militum in proelio ad lacum Trasimenum caesorum ex Fabii opere retulisse scripsit; equidem dixerim, simili loco (XXXIII. c. 10) motus, non solum caesorum numerum, sed totam illius pugnae narrationem et Livium ex Fabio sumpsisse et Polybium (III c. 84), quocum Livium maximam partem consentientem invenimus.

48) III. c. 9. *τοῦ συνεδρίου μετεῖχε τῶν Ῥωμαίων.*

49) Antiq. Rom. lib. I. c. 79.

ptore nominato et hanc ob rem utrique communi, quamquam et alios historicos utrumque communiter consuluisse verisimile est [50]), quos tamen, quod nomina eorum et Polybius et Livius silentio praeterierunt, in lucem proferre nobis non licet.

Quod Plutarchus, egregius ille morum existimator, in vita Periclis [51]) tradidit, historiam ab aequalibus rerum temporibus perscriptam partim odiis et simultatibus, partim gratia et blanditiis inquinari, id Fabio in suo opere, si Polybium audiamus, accidisse videtur. Antequam locos, in quibus Megalopolitanus suam de Fabio sententiam nobis reliquit, in medium proferamus, primum videndum erit, qualem ille sibi imaginem historici absoluti et perfecti animo finxerit; hac enim adumbrata quisque facile sibi persuadebit, non esse cujusvis rerum scriptoris, ei legi satisfacere, qua boni historici officium Polybii sententia continetur. Historiae fundamentum huic scriptori veritatem esse eamque ab ipso plurimi factam jam supra exposuimus. Quamobrem ei historici officium non in eo positum videtur [52]), ut mirabilia crepando percellat narratione sua lectores neque ut sermones consectetur, quos fuisse habitos sit verisimile; aut ut ea, quae quamque rem, de qua agitur, vel consequi vel comitari fortasse possunt, enumeret, sed ut ex veritate omnia, prout quaeque gesta dictave sunt, etiamsi parum probabilia fuerint, exponat. Dicit enim, ut in tragoedia admirationem et praesentem oblectationem auditorum quaeri, ita in historia factis dictisque veris lectores docendos esse; ut apud tragicos regnare probabilitatem, quamvis mendacem, ita apud rerum scriptores veritatem ad studiosorum utilitatem. Huic igitur praecepto, quo veritas tamquam lumen historiae ceteris omnibus rebus praeponitur, admodum est consentaneum, Polybium [53]) graviter invehi in eos rerum scriptores, qui in operibus suis lectores mendaciis fallere cupiunt. Probe tamen duo distinguit mendaciorum genera; unum, quod ab ignoratione veri proficiscitur, alterum, quod a certo animi proposito mentiendi. Qui igitur ignorantes a vero aberraverint, iis dicit Polybius veniam esse dandam; qui vero de industria mentiti et veritatem scientes dissimulasse comperti fuerint, ab iis capitali odio esse dissidendum. Atque id ipsum et ab aequalibus suis et a posteris sibimet ipsi postulat, sicubi forte in opere suo una alterave ratione peccaverit. Ingenue tamen confitetur [54]), patriae amore inductus, scriptores inclinare se ad patriam debere, sed ita, ut ne talia de ea praedicent, quae sint rebus gestis contraria; quamquam alio loco [55]) ne id quidem historico concedit, quem neque amicorum neque patriae ratione habita dicit saepe quidem de hostibus bene loqui eosque summis ornare laudibus debere, cum id facta ipsorum postulent, nonnunquam vero reprehendere vel maxime necessarios, cum id peccata in rebus susceptis admissa flagitent. Ex his igitur verbis apparet, historicum Polybii sententia eorum, qui res gerunt, personis relictis ad ipsarum rerum gestarum rationem adaptare judicia sua debere. Haec illa sunt, quae Polybius ab historico postulat; ab eo contra, qui judicis partes agit [56]), ut scriptores non ex iis, quae praetermiserint, aestimet, verum ex iis, quae dixerint, ac si quid falsi in his deprehenderit, et illa ex ignoratione esse praetermissa sciat; sin omnia fuerint vera, quae dicantur, concedat, ista quoque judicio, non ignorantia sileri.

---

50) Livius frequentior est in fontibus citandis, parcior Polybius, quem et alios praeter Fabium inspexisse scriptores in historia belli Punici secundi testantur haec verba (III. c. 6): Ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων τὰς κατ᾽ Ἀννίβαν πράξεις.

51) c. 13 extr. — 52) Polyb. II. c. 56 10. — 53) XII. c. 7. XVI. c. 20.

54) XVI. c. 14. 6.: Δεῖ ῥοπὰς διδόναι ταῖς αὑτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας. XVI. c. 17. 8.

55) I. c. 14. — 56) VI. c. 11. 4.

Non temere haec praemisimus; nam ita viam nobis munitam putamus ad Polybii sententiam de Fabio recte intelligendam justeque aestimandam. Ac sane hanc quaestionem, per Ernestium, ut Lachmanno [57]) et Bernhardyo [58]) videtur, absolutam denuo non instituissemus, si ejus viri argumenta pro Fabii fide adversus Polybium allata nostram sententiam perfringere potuissent. Licet viri docti Polybium in aliis quoque scriptoribus judicandis iniquiorem fuisse statuant [59]), hoc certe loco unice de Fabio agitur et dicam, quod sentio. Ac primum quidem, ut satim ab initio intelligatur, qua ratione Ernestius defensoris partes egerit, monendum mihi videtur, eum neque omnes locos, in quibus Polybius de Fabio loquitur, commemorasse neque eos, quos attulit, ea, qua debuit, diligentia lustrasse. Praeterea Ernestius, ut omittam locum Dionysii Halicarnassensis (Antiq. Rom. lib. I. c. 6.) de fide Q. Fabii Pictoris insignem silentio ab ipso praeteritum, alium quendam ex eodem scriptore allatum (Antiq. Rom. lib. VII. c. 71.) obiter tantum inspexit, quum quid illud esset, in quo ille scriptor Fabio fidem haud exiguam tribuit, non reputaret. Ibi enim sermo est de ludis ex votis A. Postumii dictatoris factis, quum decertaturus esset cum urbibus Latinis, Tarquinium in regnum reducere conantibus. Non est, quod pluribus moneam, Fabio instituta Romana referenti plus fidei concedendum esse, quam in rebus Romanorum cum acerrimis hostibus gestis. Denique Ernestius ad sententiam suam firmandam Polybii auctoritate contra hunc ipsum scriptorem utitur, quod per se quidem non esset vituperandum, si quidem ille sibi contradixisset, sed Polybium ea dicentem facit, quae hic aut aliter dixit aut omnino non commemoravit. Quae quum ita sint, longum iter denuo emetiendum est et disputatio de Fabii fide iterum instituenda. Quae ut justo ordine procedat, primum omnes illos locos, in quibus Polybius Fabii meminit, recensebimus iisque subjungemus, quae Ernestius minus recte accurateque exposuit in fide Fabii contra Polybium tuenda.

Inter tres illas causas, quibus Polybius [60]) motus primum illud bellum Punicum exposuit, altera ea est, quod qui plurimam rerum notitiam ad illud scribendum videntur attulisse, Philinus et Fabius, veritatem, qua fide oportuerit, nequaquam retulerint. Ac de industria quidem eos esse mentitos, quum vitae ipsorum rationem habeat et partium, quas secuti sint, non existimat Polybius, sed accidisse illis quidpiam, quale amantibus soleat; nam ob partium studium et effusum in Carthaginienses favorem Philino omnia hos prudenter, recte, fortiter videri fecisse, Romanos secus; Fabio contra omnium rerum contrarium. Argumentis, quibus suam de Philino sententiam probare studuit, allatis eum talem in universo opere inveniri Polybius [61]) pronuntiat, similiter vero et Fabium, quod suis locis se demonstraturum pollicetur. Quid Ernestius [62])? „Ii loci," inquit, „quoniam periere, non licet nobis, verene hoc in Fabium contulerit, judicare. In primis quidem quinque libris, qui nobis integri restant, cum historiam belli Punici secundi usque ad pugnam Cannensem exponat, tamen nullum tale exemplum ab eo prolatum habemus." Egregie scilicet erravit vir ille doctus, quum Polybii reprehensionem ad Fabii narrationem belli Punici primi pertinere non recordaretur illosque locos non nisi in eadem operis Polybiani parte contineri posse. Atque propterea tantum abest, ut cum Ernestio illos locos periisse dicamus, ut integros eosdem ad nostram aetatem pervenisse pronuntiemus.

---

57) l. c. p. 14.

58) Grundriß der röm. Litteratur (2te Bearbeitung) p. 523: „Der Vorwurf der Parteilichkeit gegen die Carthager, den ihm Polybius macht, hat Ernesti Opus. phil. p. 102 sqq. beseitigt.

59) Lachmann l. c. p. 14. adn. 2. — 60) I. c. 13. c. 14. c. 20. — 61) I. c. 15. — 62) l. c. p. 104.

Duae enim tantum res cogitari possunt, una, Polybium haud accurata Fabii narratione ad res belli Punici primi perscribendas motum, quae in eadem re promiserat, somniantem oblitum esse; altera, non temere vituperatione affecisse Fabium, sed ejus errores aliqua certe ratione significasse atque emendasse. Nemo sane, qui familiaritatem quandam cum Megalopolitano contraxerit, illud affirmabit, omnes contra mecum alteram sententiam amplectentur, cujus veritatem hunc in modum probaturi sumus. Ut Polybius judicio suo de Philino mox argumenta adjecit, quibus id firmaret, ita eandem quoque de Fabio rationem exspectaveris ab eo adhibitam. Attamen aliam viam ingressus est, quum Philini quidem auctoritatem apud Romanos nullam fere esse optime sciret, Fabii contra maximam. Paucis igitur verbis Philinum potuit perstringere, non ita vero Fabium. Cujus opus quum omnibus Romanis non solum notum, sed etiam ab iis plurimi factum cognovisset [63]), non erat necesse, quibus locis ab ejus narratione abhorreret, iisdem Fabii nomen adjiceret, quamquam nos quidem, quibus per temporum injuriam ejus operis cognoscendi facultas est erepta, aegre id desideramus; lectoribus illius temporis sufficiebat, quum Polybius in decursu rerum memoriae tradendarum Fabii errores tacitus, nomine ejus non apposito, emendaret. Quas res si Ernestius omnes accuratius respexisset, haud dubie aliter de Polybio, Fabii judice, statuisset. Neque vero silentio praetermitti potest, eundem virum unum illum locum, in quo Fabius nomine adjecto propter rem quandam belli Punici p r i m i minus accurate narratam vituperatur, prorsus omisisse. Polybius [64]) ibi conditione et Romanorum et Carthaginiensium, qui sub finem illius belli Erycem tenuerunt, fusius exposita tradit, Carthaginienses tandem non exhaustis viribus, ut Fabius ait, et victos malis, sed ut viros quosdam nullo malorum sensu praeditos atque invictos coronam, id quod in certamine ambiguo et in neutram partem inclinato facere solebant, Marti, ut suspicor, consecrasse. Quo jure haec in Fabium dixerit, omnes ii intelligent, qui, priusquam alii alios in Eryce monte vincerent, nobili illa Carthaginiensium ad Aegates insulas clade finem bello impositum esse norunt ipsumque Hamilcarem, qui Erycino exercitui praefuit cuique post illam calamitatem potestas est delata agendi, quidquid e republica sibi videretur, pacis exstitisse auctorem, quum omnia expertus nullam esse amplius ad salutem civitatis suae viam, nisi per illam vidisset.

Quae huc usque disputavimus, ea pertinebant ad illos locos, in quibus Polybius Fabii narrationem impugnavit, quatenus ea ad bellum Punicum p r i m u m spectabat. Restat autem adhuc unus locus idemque gravissimus, in quo de causis belli Punici s e c u n d i agitur simulque in Fabium criminationes proferuntur, quas num feliciori successu Ernestius repulerit, mox videbimus. Polybius, quum eorum, qui res Hannibalis memoriae tradiderunt, nonnulli belli illius, cujus modo mentionem fecimus, primam causam significassent Saguntum a Carthaginiensibus oppugnatum, discrimine inter rei principium, causam et praetextum (*ἀρχή, αἰτία, πρόφασις*) per exempla exposito, hunc fere in modum pergit [65]): „Fabius vero, rerum Romanarum scriptor, praeter injuriam Saguntinis illatam ait H a s d r u b a l i s a v a r i t i a m q u o q u e e t d o m i n a n d i c u p i d i t a t e m causam bello illi praebuisse; illum enim, magna sibi potentia in Hispania parta,

---

63) III. c. 9.

64) I. c. 58: *Τέλος, οὐχ ὡς Φ ά β ι ό ς φησιν, ἐξαδυνατοῦντες καὶ περικακοῦντες, ἀλλ᾽ ὡς ἂν ἀπαθεῖς καὶ ἀήττητοί τινες ἄνδρες ἱερὸν ἐποιήσαντο στέφανον.*

65) III. c. 8.

in Africam rediisse et patriis legibus solvendis molitum esse statum reipublicae Carthaginiensis in unius principatum mutare; primores vero civitatis viros, consilio illius animadverso, magno se consensu ab illo sejunxisse. Quod suspicatum Hasdrubalem ex Africa excessisse atque res in Hispania ex illo tempore pro libidine sua administrasse, nulla posthac senatus Carthaginiensis ratione habita. Ita Polybius. Qui quamquam haec de Hasdrubale a Fabio relata non digna habuit, quae refutaret, Ernestius [66]) tamen Fabii patrocinium arripuit ejusque causam defendit, quod nostra sententia ita tantum fieri potuit, ut, quae de Hasdrubale Fabius prodidit, vera ea esse argumentis probaretur petitis ab aliis fide dignis scriptoribus. Hac vero ratione Ernestius defensoris partes non egit, sed Fabio fidem facere dixit vel hoc unum, quod Hasdrubal pactus esset cum Romanis de Punici imperii per Hispaniam finibus et quidem, ut ipse Polybius (lib. III. c. 27.) auctor, neque consulto senatu populoque Carthaginiensi neque, ut ratas pactiones haberet, rogato. Quod si ita esset, ut Ernestio videtur, plus sibi Hasdrubalem arrogasse non negaremus, quam liberae civitatis rationes ferrent. At aliter res se habet; nam Polybius, cujus auctoritate Ernestius sententiam suam firmare studuit, nihil aliud tradidit, nisi cum Hasdrubale Romanos pactos esse, ne belli causa Iberum amnem transirent Carthaginienses. Quod utrum suo consilio fecerit, an senatus Carthaginiensis auctoritate, Polybius ne verbo quidem commemoravit. Alio contra loco [67]), ab Ernestio prorsus silentio praetermisso idem scriptor narravit, Romanos non quidem tempore Sagunti excidii, sed postea dictitasse, conventiones cum Hasdrubale initas pro irritis non esse habendas, quemadmodum ausi essent Carthaginienses dicere, sed Hasdrubalem plena atque absoluta auctoritate ejus pacis conditiones probasse (*ἀλλ' αὐτοτελῶς ἐποιήσατο τὰς ὁμολογίας Ἀσδρούβας*). Neque vero Appianus [68]), qui saepe numero Fabii vestigiis inhaeret, ea protulit, quae Ernestius Polybium dicentem facit, quum ille senatum Romanum legatos Carthaginem misisse traderet, qui illum in modum cum Carthaginiensibus paciscerentur. Ac si Livius [69]) ex senatoribus Carthaginiensibus unum haec dicentem inducit: „Ne nos quidem Hasdrubalis foedus, quod nobis insciis icit, obligare potuit," haec verba profecto ratione eadem accipienda sunt, qua oratio legatorum Carthaginiensium [70]), qui de pace Romam missi et factioni Barcinae adversi et temporibus cedentes, Hannibalem injussu senatus non Alpes modo, sed Iberum quoque transgressum nec Romanis solum, sed ante etiam Saguntinis privato consilio bellum intulisse dixerunt.

Priori denique illi loco Ernestius alium quendam subjecit, Polybium a Fabii sententia de Hasdrubale non abhorrere demonstraturus. At hujus loci ratio haec est. Polybius [71]) situm Carthaginis Novae pluribus desribens, eam urbem, uno latere excepto, tumulis cingi narrat inque uno eorum exstructa fuisse *βασίλεια, ἅ φασιν Ἀσδρούβαν ποιῆσαι, μοναρχικῆς ὀρεγόμενον ἐξουσίας*. Quid Ernestius? „Polybius ipse," inquit, „non abhorret ab ea re; nam de regia Novae Carthaginis tradens pervulgatam dicit opinionem hanc fuisse, ut Asdrubal crederetur eam regni, quod petierit, sedem destinasse." In his Ernestii verbis res nobis duae videntur vituperandae; una, quod voci *φασί* latiorem tribuerit significationem, quam quae ei revera inest, quum nihil aliud nisi famam, nunquam vero pervulgatam opinionem denotet; altera, quod quae ab aliis de Hasdrubale credita dicuntur, ea Polybium quoque credidisse ex hoc loco statuat. Praeterea Fabius, ut quam absurdum fuerit taceamus, regiam condere ante

66) l. c. p. 106. — 67) III. c. 29. — 68) De rebus Hispan. lib. VI. c. 7. — 69) XXI. c. 18. 11. — 70) Liv. XXX. c. 22. coll. c. 16. 5. — 71) X. c. 10. 9.

regis potestatem acceptam, de Hasdrubalis conatu formae reipublicae Carthaginiensis in unius principatum mutandae dixerat, non vero eum idem de statu rerum in Hispania habuisse consilium. Haec de Hasdrubale. Jam videamus, quid Fabius senserit de Hannibale et qua ratione Polybii criminationes illi illatas Ernestius repulerit. Fabius in opere suo Polybio teste [72]) memoriae tradidit, Hannibalem, qui ab adolescentia particeps et aemulus consiliorum Hasdrubalis fuisset, in earum administratione idem cum illo tenuisse institutum. Itaque hoc quoque bellum Romanis eum intulisse suo ipsius consilio praeter Carthaginiensium sententiam; neminem enim eorum, qui auctoritate valerent Carthagine, ea probasse, quae Hannibal adversus Saguntinorum civitatem perpetravisset. Hac urbe deinde capta advenisse Romanos, qui aut dedi sibi Hannibalem a Carthaginiensibus postularent aut bellum suscipi. Haec Fabius de Hannibale. Quid contra haec Polybius? Interroganti cuidam, ait, ecquae melior Carthaginiensibus oblata fuerit occasio quodve justius iidem inire potuerint consilium sibique utilius, siquidem ab initio, ut Fabius affirmat, Hannibalis facta ipsis displicebant, quam ut Romanorum postulatis tunc morem gerentes, auctorem injuriae dederent bellumque imminens a suis cervicibus depellerent, haec igitur interroganti Fabius nihil respondere potuisset, quum tantum abesset, ut illa facerent Carthaginienses, ut bellum Hannibalis sententia susceptum per annos septemdecim continuos gererent neque prius componerent, quam omni belli spe tentata patriam omniumque civium salutem in maximo periculo versari intellexissent. His ita expositis Polybius [73]) causam adjicit, cur Fabii eorumque, quae ab hoc tradita sunt, mentionem injecerit. Se quidem, ait, non vereri, ne ista rebus non consentanea fidem apud nonnullos accipiant, verum, quorum in manus historiae illius venerint, eos commonitos velle, ne ad narrantem potius, quod iisdem vixerit temporibus et senator fuerit Romanus, animum attendant, quam ad illa, quae narrantur, ne, quidquid ab eo dictum est, fide dignum protinus habeant. Addit etiam illud, Fabii fidem haud parvi quidem faciendam, at non omnibus tamen numeris absolutam esse habendam; ex rebus potius ipsis vera a falsis esse dijudicanda. Jam ad Ernestium redeamus et, qua ratione clientis causam egerit, videamus. Ac primum quidem quod ad dominandi cupiditatem Hannibalis attinet, illud eam maxime arguere ei [74]) videtur, quod imperium ab exercitu post Hasdrubalis mortem contra jus moresque delatum acceperit; quod etsi Carthagine confirmatum est, tamen id Hannibali contigisse affirmat Ernestius magis per plebis levitatem et temeritatem, quam senatus prudentis gravitatem. Aliter sane vir ille judicasset, si et conditionem exercitus, postquam Hasdrubal decessit, et rationem, quae inter Carthaginienses et gentem Barcinam intercedebat, accuratius consideravisset. Nemo enim tam vecors tamque mente captus videtur, quin intèlligat, aliquem tandem imperatoris defuncti vices explere debuisse, donec in Hasdrubalis locum qui succederet, senatus populusque Carthaginiensis declaravisset. Jam quum factionis Barcinae opes Livio teste [75]) apud milites plebemque plus quam modicae essent ejusque auctoritas, ut infra docebimus, in senatu quoque maxime valeret, haud dubia res fuit, quin favor etiam plebis praerogativam illam militarem sequeretur, quam ea tantum conditione Hannibalem probasse verisimile est, ut eadem a senatu populoque Carthaginiensi comprobaretur. Quod quum revera factum esse plures testentur scriptores [76]), non intelligimus, quo jure

---

72) III. c. 8. 5. — 73) III. c. 9. — 74) l. c. p. 106. — 75) XXI. c. 2. 4.

76) Polyb. III. c. 13. Liv. XXI. c. 3. Appian. de rebus Hispan. c. 8 *καὶ ἡ Καρχηδονίων βουλὴ συνέθετο*. Idem de bello Annib. c. 3. *καὶ ὁ δῆμος ὁ Καρχηδονίων αὐτῷ τὴν στρατηγίαν ἐπεψήφισεν.*

Ernestius [77]) vanitatis et inscitiae accusare potuerit Appianum, qui uno loco a senatu exercitus factum dicit comprobatum, altero vero loco eandem rem ad plebem refert. Quo minus errore quodam captum Appianum statuamus, maxime Polybius et Livius nos impediunt, qui voce Carthaginiensium saepe ita utuntur, ut modo senatum, modo plebem, nonnunquam etiam senatum cum plebe sub ea intelligant [78]). Si praeterea Ernestius senatui liberam tum potestatem de talibus rebus decernendi non fuisse dicit idque inde colligit, quod Polybio [79]) auctore senatus mortuo Hasdrubale ab initio exspectaverit, ad quem spectarent militum in Hispania animi et quod accepto nuntio de imperio Hannibali ab exercitu delato populus statim convocatus ei universis suffragiis imperium confirmaverit, primum contra haec monendum nobis videtur, Polybium haec non de senatu, ut Ernestius refert, dixisse, sed de omnibus omnino Carthaginiensibus; nam scribit: „Καρχηδόνιοι — ἐκαραδόκουν τὰς τῶν δυνάμεων ὁρμάς“. Deinde optime hic locus Ernestium potuisset docere, Polybium hic Καρχηδονίων voce diversa notione posuisse; nam verba, quae mox sequuntur, de populo ad concionem convocato (παραυτίκα συναθροίσαντες τὸν δῆμον), quamquam ex lege grammatica ad vocem „Καρχηδόνιοι“ pertinent, non nisi de senatu accipi possunt. Liberam denique, id quod Ernestius negat, decernendi potestatem senatui fuisse, luculenter id inde apparet, quod senatores, quum legati Romani paulo ante bellum Punicum secundum Carthaginem venissent et in senatum introducti optionem dedissent, utrum bellum mallent, an pacem, nulla rei mora illata neque concione ante advocata, bellum se accipere omnes responderunt [80]). Quanta porro auctoritate domus Barcina apud milites plebemque valuerit, supra jam significavimus; hic adjicimus, eandem fuisse ejus gentis auctoritatem in senatu, qui secundum Livium [81]) maximam partem Hannibalis erat. Qui igitur haec accuratius secum consideraverit, is non amplius cum Ernestio arbitrabitur, senatum Carthagine illo tempore libera de rebus reipublicae gravissimis decernendi potestate orbatum fuisse, sed facile potius sibi persuadebit, in tanta omnium favore in gentem Barcinam neque milites neque plebem aliter sensisse atque senatum. Eandem ob causam Fabius quoque non audiendus est, qui Hannibalem suo ipsius consilio praeter Carthaginiensium voluntatem bellum contra Romanos suscepisse tradidit. Id enim ortum est ex injuria a Romanis post primum bellum Punicum Carthaginiensibus illata. Quae Hamilcar in animo volvebat, quum exercitum in Hispaniam trajiceret ibique Carthaginiensium imperium conderet, quae porro Hasdrubal ad eorum opes amplificandas gessit, ea ita cum voluntatibus senatus plebisque Carthaginiensis erant conjuncta, ut, quae Hannibal mente agitabat praeclareque deinde perfecit, ea prorsus iis responderent. Mirum sane videretur, si idem imperator, qui eo tempore, quo Saguntini populos ditionis Carthaginiensis injuriis lacessebant, legatos Carthaginem misit sciscitaturos, quid opus esset facto [82]), si igitur idem vir bellum illud internecinum privato, non publico consilio suscepisset! Quae si vera sunt, ut nobis quidem videntur, reliqua quoque

77) l. c. p. 107.

78) Locos ex utroque scriptore attulit v. Vincke (der zweite Punische Krieg) p. 157. adn. l. p. 167. adn. 4. p. 169. p. 265. adn. 4. Adde Polyb. III. c. 15. 8.

79) III. c. 13.

80) Polyb. (III. c. 33. 4.) plures ita respondisse scribit, Livius (XXI. c. 18 extr.) contra omnes.

81) XXI. c. 10: Hanno unus adverso senatu — egit. c. 11: adeo prope omnis senatus Hannibalis erat.

82) Polyb. III. c. 15. 8.

disputationis Ernestianae pars concidit, in qua docere expetitur et Hannibalis 83) post Sagunti excidium Romanis non dediti et belli, licet contra Carthaginiensium voluntatem, ut Fabio videtur, suscepti, per septemdecim tamen annos continuos gesti.

Postquam Ernestii criminationes Polybio de fide Fabii illatas repellere conati sumus, jam exponendum est, quid Livius judicaverit de antiquissimo illo rerum Romanarum scriptore quamque rationem ingressus sit in iis rebus tradendis, in quibus Polybius a Fabii narratione abhorrebat. In decem prioribus libris Livius hujus scriptoris mentionem quinquies injecit 84) idque ita fecit, ut ad fidem ei conciliandam aetatem ejus commemoraret; eandem rationem alio quoque loco 85) secutus est, ubi caede tradita in pugna ad Trasimenum utrimque facta, „Ego", inquit, „praeterquam quod nihil haustum ex vano velim, quo nimis inclinant ferme scribentium animi, Fabium aequalem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui." Reliqui loci, in quibus Fabius nominatur, non pertinent ad ejus annales; nam partim referendi sunt ad Fabium non tam rerum scriptorem, quam legatum Delphos missum atque inde reducem 86), partim ad alium Fabium, ab historico, ut supra jam significavimus, diversum 87). Quid denique Livius de reprehensionibus senserit, quibus Polybius Fabii opus cumulavit, et utrum sibi elegerit ducem in rebus diversa ratione ab utroque narratis, perspicere et cognoscere nobis liceret, si et Fabii et Livii opera integra ad nostram aetatem pervenissent aut certe res primi belli Punici ab utroque perscriptae nobis essent servatae. Attamen de hac quoque parte historiae ex iis, quae Fabius de Hasdrubale et Hannibale tradidit, conjecturam facio, Livium Polybii auctoritatem non neglexisse; nam haud dubie ejus expositione monitus nihil earum rerum, quas Fabius utrique duci crimini verterat, operi suo inseruit, quod profecto non fecisset is scriptor, quem non puduit 88) famam commemorare de turpi illo amore, quo Hamilcar Hasdrubalem amplexus esse dicitur, si Fabio in illis rebus fidem tribuisset.

In limine disputationis quamquam adhuc versor, tamen quum jam absumptum sit spatium, quod hujusmodi commentationibus concedi solet, hic subsistere cogor. Si ultra progredi mihi licuisset, hunc fere in modum disputationem absolvissem. Primum, quo libro Livius Polybio uti incepisset, uberius exposuissem; nam multa sunt, quae me impediunt, quominus Lachmanni 89) sententiam amplectar, qui Livium dicit in primi belli Punici historia non adhibuisse opus Polybianum. Deinde quam accuratissime ratio docenda fuisset, qua Livius rebus a Polybio memoriae traditis usus esset. Duplex ea omnino esse mihi videtur, ex consilio profecta, quod Livius in opere suo componendo est secutus; aut enim res a Polybio narratas iis, quae apud annalium scriptores legebantur, amplificavit, ut lectorum animis et delectandis et movendis consuleret, aut arctius eas contraxit, quod ibi plerumque factum est, ubi

83) Magno in errore versatur Ernestius (l. c. p. 108), quum Polybium tradidisse dicat, ita ferum Hannibalem ac vehementem fuisse, ut legatos Romanos ad se venientes non admitteret. Haec Livius (XXI. c. 9. 3) tradidit, Polybius (III. c. 15. 4) contra scripsit, Hannibalem facta sua adeundi potestate legatos illos audivisse. Haec sunt Polybii verba: „Καταλαβὼν δὲ τὴν παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρεσβείαν καὶ δοὺς αὐτὸν εἰς ἔντευξιν, διήκουε περὶ τῶν ἐνεστώτων."

84) I. c. 44. c. 55. II. c. 40. VIII. c. 30. X. c. 37. — 85) XXII. c. 7. — 86) XXII. c. 57. XXIII. c. 11. — 87) XXXVII. c. 47. c. 50. c. 51. XLV. c. 44. — 88) XXI. c. 2. 3. c. 3. 4. — 89) l. c. p. 3.

Livio, quae a Polybio tradita erant, a consilio sui operis aliena videbantur aut minus arcto vinculo connexa cum Romanorum rebus aut eorum majestati parum honorifica. Simul ex hac disputationis parte apparuisset, eundem scriptorem amplificandi studio nonnunquam a Polybio discessisse multisque difficultatibus in temporum ratione sitis se implicuisse, brevitatis contra studio alias res non recte omisisse, alias obscure et parum accurate narrasse, adeo nonnullos locos perperam vertisse. Sed manum de tabula.

Schulnachrichten.

Erster Abschnitt.
Lehrverfassung des Gymnasiums.

I. Sprach- und wissenschaftlicher Unterricht.

Prima.

Ordinarius: Prorector Dr. Petermann.

Religion. 2 Stunden. Erklärung der Apostelgeschichte von Cap. 19 bis zu Ende und des Evangeliums Joh. Cap. 1—14 aus dem Grundtexte. Einleitung in die Schriften des alten Testaments. Wiederholung des Lutherischen Katechismus. Prorector Dr. Petermann.

Latein. 8 Stunden. Horat. Carm. II, 1. 2. 3. 6. 7. 10. 13. 14. 15. 18. 19. III, 1. 2. 5. 9. 13. 16. 18. 21. 25. 28. 30. IV, 3. 5. 7. Epod. 2. Sat. I, 1, 5, 9. II, 1, 4, 7. 8. 2 St. Cicer. de off. I, 21—II, 10. 2 St. Livius I—II, 30 cursorisch, 1 St. Privatlectüre: Cicero's 4 catilinarische Reden. — Freie Arbeiten; es wurden folgende Themata bearbeitet: 1) Amicus amicum invitat, ut secum per vernum tempus rusticetur. 2) Iratus Aiax cum irato Achille comparetur. 3) Quid de veterum oraculis iudicandum sit? 4) Comparatio regis et poetae. 5) Brevis enarratio belli Punici tertii. 6) Cimonis oratio, qua Atheniensibus persuadet, ut Lacedaemoniis auxilia mittant. 7) Dimidium facti, qui coepit, habet. 8) Quae causae fuerint, quod imperium Romanum orientale fere mille annos occidentali superfuerit? 9) Num sapientis sit res humanas contemnere? 10) Num Brutus recte suorum filiorum iudex fuerit? 11) Certius est, quod ratione, quam quod sensibus percipimus. 12) Num recte suaserit Horatius: quid sit futurum cras, fuge quaerere? Die Abiturienten bearbeiteten zu Michaelis vor. J. folgendes Thema: Quibus artibus Romani orbis imperium adepti sunt? und zu Ostern d. J.: Quaeritur, num virtute ita abuti possimus, ut in vitium vertatur. — Alle 14 Tage wurde ein Exercitium geliefert. Die Uebersetzungsstoffe waren die Eroberung Magdeburgs, aus Schillers Geschichte des dreissigjährigen Krieges; die Etrusker und Lateiner, aus Herders Ideen; das Leben des Sophokles von Solger. Die freien Arbeiten und Exercitia wurden vom Lehrer zu Hause corrigirt und in der Stunde durchgenommen. — Wöchentlich wurde ein Extemporale geschrieben und theils vom Lehrer zu Hause, theils in der Schule corrigirt. Die Stoffe waren aus Cicero, Cäsar, Livius, Curtius, Quinctilian und Sueton. — Wöchentliche

Uebungen im Disputiren über gegebene Themata und in der lateinischen Interpretation Horazischer Gedichte. Auswendig gelernt wurde Plaut. Trin. I, 1, 2. II, 1. Capt. II, 1. Terent. Adelph. I, 1, 2 und Stücke aus dem Horaz. — 3 St. Dr. Munk.

Griechisch. 6 Stunden. Sophocl. Ai. v. 938 bis zu Ende, dann die Electra ganz. 2 St. Homer. Il. IV. und IX. Privatim wurde gelesen V. VI. VII. VIII. 1 St. Prorector Dr. Petermann. — Plutarch. Tib. Gracchus, C. Gracchus und Artaxerxes Cap. 1—24. 2 St. — Extemporalia zur Einübung der Syntax aus Mehlhorns Uebungen. 1 St. Prof. Dr. Röller.

Hebräisch. 2 Stunden. Jos. VIII—XVII, 10, und Psalm 26—35. Grammatik nach Gesenius. Correctur der schriftlichen Uebungen. Prof. Dr. Röller.

Deutsch. 2 Stunden. Litteraturgeschichte von Luther bis zur romantischen Schule. Uebungen im freien Vortrage; der Stoff wurde meist aus der Geschichte oder der deutschen Litteratur genommen. Correctur der Aufsätze. Es wurden folgende Themata bearbeitet: 1) Wodurch sollen wir unsere Dankbarkeit an den Tag legen? 2) Sage mir, mit wem du umgehst: so sage ich dir, wer du bist; weiss ich, womit du dich beschäftigst: so weiss ich, was aus dir werden kann. 3) Gebraucht die Zeit, sie geht so schnell von hinnen; doch Ordnung lehrt auch Zeit gewinnen. 4) Metrische Uebersetzung von Horat. Od. IV, 15. 5) Was verdankt der Preussische Staat dem grossen Kurfürsten? 6) Woher kam es, dass im Peloponnesischen Kriege Athen unterlag? 7) Soll man für die Römer oder für die Carthager Partei nehmen? 8) Lasst uns besser werden, gleich wirds besser sein! 9) Wodurch wurde Friedrich dem Grossen die Besiegung seiner Gegner möglich? 10) Welche Vorzüge haben die Thiere vor den Menschen? 11) Wodurch unterscheiden sich die Römer von den Griechen? Die Abiturienten bearbeiteten zu Michaelis vor. J. folgendes Thema: Warum kommt es vorzugsweise dem Jüngling zu, bescheiden zu sein? und zu Ostern d. J.: Woran erinnert und wozu ermahnt die Unbeständigkeit alles Irdischen den Menschen? Prorector Dr. Petermann.

Französisch. 2 Stunden. Gelesen wurde die Athalie des Racine und aus Menzels Handbuch S. 58—168. Wöchentlich wurde abwechselnd ein Exercitium und ein Extemporale geschrieben und vom Lehrer zu Hause corrigirt und in der Stunde durchgenommen. Die wichtigsten syntaktischen Regeln wurden nach Knebels Schulgrammatik erläutert und eingeübt. Dr. Munk.

Mathematik. 4 Stunden. Trigonometrie nach Fischer; Permutationen, Combinationen, binomischer Lehrsatz, Reihen nach Fischer. 3 St. Wiederholung der Stereometrie. Anleitung zur Lösung mathematischer Aufgaben. Wöchentlich wurden von den Schülern einige Aufgaben zu Hause gelöst. 1 St. Gymnasial-Lehrer Heyer.

Physik. 2 Stunden. Die Lehre vom Schalle, von der Wärme und vom Lichte wurde nach Heussi's Lehrbuch der Naturlehre I. Cursus durchgenommen und durch Experimente erläutert. Gymnasial-Lehrer Heyer.

Philosophische Propädeutik. 1 Stunde. Repetition der Logik und Psychologie. Aus der Geschichte der griechischen Philosophie wurde das Wichtigste durchgenommen. Prorector Dr. Petermann.

Geschichte. 2 Stunden. Nach Schmidts Grundriss der Weltgeschichte vom Spanischen Erbfolgekriege an bis zum Jahre 1815. Die Geschichte des Alterthums und des Mittelalters wurde repetirt. Prorector Dr. Petermann.

Geographie. 1 Stunde. Die orographischen und hydrographischen Verhältnisse Europa's und Statistik der grösseren Staaten. Prorector Dr. Petermann.

Secunda.

Ordinarius: Professor Dr. Röller.

Religion *). 2 Stunden. Erklärung der Apostelgeschichte Cap. 19 bis zu Ende und des Evangeliums Lucä Cap. 1—12 aus dem Grundtexte. Der christlichen Sittenlehre erster Theil, die Pflichten gegen Gott, wurde nach Diedrichs Hülfsbuch für den Religionsunterricht durchgenommen. Wiederholung des Lutherischen Katechismus. Prorector Dr. Petermann.

Latein. 10 Stunden. Im Sommer Livius XXI, 1—30, im Winter Cicer. or. pro Ligario, pro Deiotaro und IV in Catilin. 4 St. — Aus Süpfle wurde S. 119—145 zu Hause übersetzt und vom Lehrer corrigirt. Extemporalia. 2 St. — Memorirübungen aus Meiring und Remacly. 1 St. — Metrik frei nach Zumpt §. 826—866. In lateinische Disticha übersetzt Hom. Od. V, 62—221. Aus Horaz mit Rücksicht auf Metrik gelesen carm. III, 6—27. 1 St. Prof. Dr. Röller. — Virgil. Aen. II, 559—IV, 218. 2 St. Dr. Munk.

Griechisch. 6 Stunden. Xenoph. Cyrop. I, 4—III. 3 St. — Repetition der Formenlehre und das Wichtigste aus der Syntax nach Buttmann. Alle 14 Tage eine schriftliche Arbeit, welche der Lehrer zu Hause corrigirte. 1 St. Gymnasial-Lehrer Stridde. — Hom. Od. XV, 301—XVII, 606. 2 St. Dr. Munk.

Hebräisch. 2 Stunden. Die Elementar- und Formenlehre nach Gesenius. Wöchentlich eine schriftliche Arbeit, zuletzt aus Uhlemanns Anleitung zum Uebersetzen aus dem Deutschen ins Hebräische. Gelesen und erklärt wurden die beiden ersten Capitel der Genesis. Gymnasial-Lehrer Beissert.

Deutsch. 2 Stunden. Poetik (die epische Poesie). Uebungen im Disponiren und Anleitung zur Anfertigung schriftlicher Arbeiten. Uebungen im Declamiren; die geübteren Schüler hielten bisweilen freie Vorträge. Correctur der deutschen Aufsätze. Folgende Themata wurden bearbeitet: 1) Mit welchen Vorsätzen soll der Jüngling das neue Schuljahr beginnen? 2) Welchen Nutzen gewähren schiffbare Ströme einem Lande? 3) Worin liegt für den Jüngling das Anziehende der Lectüre der Dichter? 4) Welche Vorzüge haben die Gebirgsgegenden vor dem flachen Lande? 5) Durch welche Eigenschaften erwirbt sich der Jüngling die Liebe und Achtung seiner Mitmenschen? 6) Was ist von dem Ausspruche zu halten: Der Prophet gilt nichts in seinem Vaterlande? 7) Haben die Kriege der Menschheit auch Vortheile gebracht? 8) Welche Segnungen gewährt ein anhaltender Friede? 9) Welche Vorzüge haben wir vor den Völkern des Alterthums? 10) Warum ist die Achtung vor dem Gesetz so wichtig für das Bestehen der menschlichen Gesellschaft? 11) Wer nichts für Andre thut, thut nichts für sich. 12) Wodurch wurde der Untergang des römischen Reichs herbeigeführt? Prorector Dr. Petermann.

Französisch. 2 Stunden. Syntax nach Knebels Grammatik, eingeübt in wöchentlichen Exercitien aus dem Uebungsbuche von Höchsten, und Extemporalien. 1 St. — Lectüre geeigneter Stücke aus Menzels Handbuch. 1 St. Gymnasial-Lehrer Scholtz.

---

*) Die bisher stattgefundene Combination mit Prima wurde Ostern 1853 aufgehoben.

Mathematik. 4 Stunden. Aehnlichkeit und Ausmessung der Figuren und Trigonometrie nach Fischer. 2 St. — Potenzen und Wurzeln im Allgemeinen, Logarithmen, Gleichungen des ersten und zweiten Grades nach Fischer. 2 St. G.-L. Heyer.

Physik. 1 Stunde. Aus Heussi's Lehrbuch I. Cursus die drei ersten Abschnitte von den allgemeinen Eigenschaften der Körper, dann von den festen und flüssigen Körpern. Gymnasial-Lehrer Heyer.

Geschichte. 2 Stunden. Die römische Geschichte von der Zerstörung Carthago's bis zum Untergange des römischen Reichs, nach Schmidts Grundriss. Wiederholung der deutschen Geschichte. Prorector Dr. Petermann.

Geographie. 1 Stunde. Geographie von Asien und Afrika. Prorector Dr. Petermann.

Tertia.

Ordinarius: Gymnasial-Lehrer Stridde.

Religion. 2 Stunden. Die drei Artikel des christlichen Glaubens nach Speners Erklärung der christlichen Lehre. Die Schüler lernten ausser den Beweisstellen aus der heiligen Schrift einige vorher erklärte Psalmen, vierteljährlich ein Kirchenlied und wiederholten einmal den Lutherischen Katechismus. Gymnasial-Lehrer Stridde.

Latein. 10 Stunden. Caesar. de bello Gall. I. II. 4 St. — Grammatik nach Zumpt, die Lehre von den Casus, Tempora und Modi. Wöchentlich ein Exercitium aus Kunhardts Aufgaben S. 76—130. Extemporalia. 3 St. — Memorirübungen aus Meiring und Remacly. 1 St. Gymn.-Lehrer Stridde. — Ovid. Met. I, 313—437. II, 1—408. III, 1—49. 2 St. Gymnasial-Lehrer Beissert.

Griechisch. 5 Stunden. Xenoph. Anab. I, 4—II, 4. 3 St. — Die Verba auf $\mu\iota$, die unregelmässigen und die Defectiva nach Buttmann. Alle 14 Tage ein Exercitium aus Rost und Wüstemann. 2 St. Gymnasial-Lehrer Stridde.

Deutsch. 2 Stunden. Anfertigung und schriftliche und mündliche Correctur deutscher Aufsätze. Deklamationsübungen. Erklärung einiger Gedichte Schillers und Lectüre des Wilhelm Tell. Gymnasial-Lehrer Scholtz.

Französisch. 2 Stunden. Grammatik nach Knebel: unregelmässige Verba, die Lehre von dem Artikel und den Fürwörtern, eingeübt in wöchentlichen Exercitien nach Höchsten. 1 St. — Guillaume Tell par Florian I u. II. 1 St. Gymnasial-Lehrer Scholtz.

Mathematik. 3 Stunden. Geometrie nach Fischer, Abschnitt 3—10. 2 St. — Wiederholung der allgemeinen Sätze der Arithmetik, Rechnungen mit Formeln, Quadrat- und Kubikwurzeln. 1 St. Gymnasial-Lehrer Heyer.

Naturgeschichte. 2 Stunden. Botanik und Mineralogie nach Schilling, Wiederholung der Zoologie. Gymnasial-Lehrer Heyer.

Geschichte. 2 Stunden. Deutsche Geschichte von den ältesten Zeiten bis zum Jahre 1815, nach Grashofs Leitfaden, verbunden mit geeigneten Mittheilungen aus Quellenschriftstellern. Gymnasial-Lehrer Scholtz.

Geographie. 1 Stunde. Amerika, Australien, Afrika und Asien wurden durchgenommen, Europa repetirt. Gymnasial-Lehrer Scholtz.

Quarta.

Ordinarius: Gymnasial-Lehrer Beissert.

Religion. 2 Stunden. Der Dekalogus nach Speners Erklärung der christlichen Lehre. Gelesen wurden passende Stücke aus der heiligen Schrift, wöchentlich mehrere Sprüche, vierteljährlich ein Kirchenlied gelernt und einmal der Lutherische Katechismus wiederholt. Gymnasial-Lehrer Beissert.

Latein. 9 Stunden. Aus dem zweiten Theile des Lehrbuchs von Jacobs und Döring wurden die ersten drei Abschnitte bis §. 28 übersetzt und erklärt. Die für die Klasse bestimmten loci memoriales wurden memorirt. 4 St. — Grammatik. Die Schüler lernten die syntaktischen Regeln, welche mündlich und schriftlich eingeübt wurden, und die unregelmässigen Verba nach O. Schulz. Wiederholung der Formenlehre. 3 St. — Styl. Wöchentlich ein Exercitium aus dem 2. Cursus der Aufgaben von O. Schulz. Extemporalia. 2 St. Gymnasial-Lehrer Beissert.

Griechisch*). 6 Stunden. Einübung der Deklination und Conjugation bis zu den Verbis contractis einschliesslich nach Buttmann. Aus dem Elementarbuch der griechischen Sprache von Schmidt und Wensch wurden die hierher gehörigen Sätze übersetzt, S. 56—91 mit Auswahl. In dem letzten Vierteljahr wurden regelmässig jede Woche einzelne Pensa aus dem ersten Cursus der Anleitung von Rost und Wüstemann mündlich und schriftlich übersetzt. Gymnasial-Lehrer Lucas.

